1532. d. 15 Jun

P. Tomicius Episcopus Cracoviensis
Vicecancellarius
Lucae de Gorca Castellano Posnaniensi
et Capitaneo Majoris Poloniae Generali

Tam etsi plane intelligam me tantum a Mca Vra amari ut credam illam, non minus officii et benevolentiae suae, sponte in re mea, praestiturum esse quam mihi roganti, tribuere ex illo posse vel deberet, non multum tamen moleste fero, quin etiam facile patior datum esse, tempus in quo amorem erga me illius in praesentia valeam experiri.

Novit Mca Vra ex multis praeteritis argumentis quem infensum, et occulte adversum, super. Palatinum Cracovien. habuerim, non nullam aliam ob causam, quam quod illius iniquis plerumque consiliis et conatibus, rectam meam opponebam sententiam.

Is cum nuper talem contra Consules Crac. instituit actionem, qua nihil pretiosius, si illum pervicisset, Regiae Mtis et Reipublicae accidere potuisse. sententia mea commotus quam libere et necessario contrariam illius opinioni in Senatu dixi, incontinenter sua solita vecordia et verbis

intemperantibus ac immodestis in me palam in

vectus est asserens me omnia tum in Senatu di

xisse, non tam ut Reipublicae commodis prodesse

quam id sibi tantummodo nocerem. adiiciens e

tiam quod deinceps, nollet dissimulare meam

sed hostilia omnia adversum me moliri.

Ad quae etsi tam ego de meae professionis et Regiae

dignitatis habens rationem, e pauca tranquille res

ponderim, suo tamen loco et tempore contra illum

id quod necessarium videbitur, agere pro mea etiam

et mea dignitate cogito.

In quibus cum Mcam Vestram habeam prae

cipua mihi benevolentia et necessitudine conjun

ctam, Mam magnopere rogo ut me sua et suae

cae; denique favore et consilio causam meam

justissimam tueri et defendere eximare velit

et non permittere ut impiis conatibus mea virtu

te parta dignitas, ante oculos pene amicos nices

si (nam oprimi non poterit,) iniquè debeat,

Nihil enim dubito quae illius est, iniquitas et ma

levolentia quod omnem movebit lapidem, ut tur

bas contra me excitet, pro more suo, mihi nocere

possit, ego vero vicissim, et industria et facultate

mea nunquam commodis et voluntati Mcae Vrae

deero ubicunque vel occasio vel illius significatione

monitus et compellatus fuero. qua in re responsu
Mcea Vrea cum amico Consilio conjunctum expe
ctabo interim me solito illius amori etc.

Cracoviae. 15. Junii Anno Domini 1532.

Eodem exemplo sunt ad reliquos Dominos
scriptae literae